



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis  
Leniendæ**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§.5. Inania Italorum belli remedia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](#)

8 Cap. I. Quæ opera sint, tempore belli,

vna ditio, vnicum Siciliæ regnum, quoties  
jam ab hoc, jam ab illo occupabatur, pre-  
mebatur, spoliabatur? Denique omnia sus-  
que de quæ vertebantur, omnia sine ordine,  
sine consilio, sine iustitia, ex libidine, ex  
ambitione, ex furore agebantur.

V.

INANIA

ITALO.

RVM BELL

REMEDIA.

Ila. J. 7.

Tertul-  
lian. lib.  
contra  
Iudæos.

c. 3.

Quam appositiè tunc dici potuit: *Terra  
vestra deserta, ciuitates vestrae succense igni:  
regionem vestram coram vobis alieni denorant,  
& desolabitur, sicut in vastitate hostili. Et de-  
relinquetur filia Sion, ut umbraculum in vi-  
nea, & sicut tugurium in cucumerario, & si-  
cut ciuitas, qua vastatur. Ut enim, facta vi-  
demia, solet deseri & euerti umbraculum,  
seu teges, seu casa, vt legit Tertullianus, in  
qua ante vindemiam vineæ custos degebat,  
vt vuas & fructus à furibus & bestijs tutare-  
tur; ita vt, sicut ex umbraculo hoc disiecto  
nihil supereft, præter tigna & statamina,  
hinc inde proiecta; ita ex Hierosolyma, per  
Chaldaeos primùm, deinde etiam à Roma-  
nis vastata & incensa, præter ruinas, & di-  
spersos hinc inde sanctuarij lapides nihil su-  
persit antiquæ gloriæ. Immo succendetur  
ipsa, sicut lectis & ablatis vuis & fructibus  
succenduntur tuguriola custodum in cucu-  
merarijs. Quod autem Propheta tunc lu-  
dæis*

*exemplo Italicorum facienda?*

dæis præsentibus locutus est, id etiam spiri-  
tu prophetico extendit, & loquitur alijs  
futuris, siue in Italia, siue in Germania. Por-  
rò ita tunc desolata erat Italia, ut neq; con-  
silium, neq; auxilium verum prospiceret,  
sed vana spe niteretur, ut ei dici posset,  
quod dixit Rabsaces: *Loquimini Ezechie:* 4. Reg. 12.  
*Hec dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quo*<sup>21.</sup>  
*est ista fiducia, qua niteris? Forsan inisti consi-*  
*lum, ut præparares te ad prælium. In quo con-*  
*fidis, ut audeas rebellare? an speras in baculo*  
*arundineo, atque confraælo, Ægypto, super*  
*quem si incubuerit homo, comminatus ingre-*  
*dietur manum eius, & perforabit eam? Sic est*  
*Pharaorex Ægypti, omnibus qui confidunt in*  
*se. Ad similem ferè modum tunc Itali ma-*  
*lis fulcris regnum collabascens fulcire co-*  
*nati sunt. Quidam opibus suis; quidam ar-*  
*mis; quidam socijs ac confederatis; qui-*  
*dam deditonibus vrbium ac ditionum;*  
*quidam virtute ac fide quorundam insigni-*  
*nium ducum; quidam inani spe pacis com-*  
*poneadæ se consolati sunt; quidam ad *In-**  
*terponentes, ad *Compromissa* confugerunt:*  
*nihil stabile effectum est; baculo arundineo*  
*nixi, seipso non firmarunt, sed vulnera-*  
*runt; decepti, non adiuti; & vel hinc à Deo*

**Psal. 30.**  
**13.**

**10 Cap. I. Qua opera sunt, tempore belli,**  
puniti, quia toti humanis viribus confisi,  
non senserunt, vnde percuterentur, aut  
quod esset confugiendum. *Dimisi eos, ait, se-  
cundum desideria cordis eorum; ibunt in adi-  
nentionibus suis.* Quam cæci sumus, in re-  
bus maximis mortales? In cibo, in potu, in  
vestibus, in medicinis optima quæque op-  
tamus, quærimus, procuramus: in rebus  
summi momenti tantum de auxilijs huma-  
nis, non diuinis cogitamus; improbiores  
Iunone illa quæ dixit:

**Virgil. I.  
Aenid.**

*Fleclere si nequeo superos, Acheronta me-  
uebo:*

nos enim priùs omnia tentamus, quam  
ad Deum curramus: & multorum consi-  
lium est:

*Fleclere si nequeas Acheronta, vel astra  
movebis.*

**Psal. 30;**  
**4.**

Atque utinam, postquam impiè priùs à iu-  
ratissimo humani generis hoste frustra au-  
xilium flagitarunt; saltem tunc saperent,  
& à Deo salvatore suo opem postularent:  
Ille enim est refugium nostrum, ille spes no-  
stra, ille nostra fortitudo.

**VI.**  
**VERA BELI**  
**DI FINI-**  
**ANDI RR.**  
**MEDTA.**

In quem ut spem nostram figamus, ve-  
lui exemplum hoc recensere; immo & ipse  
Dens monuit, dum Italit tandem, post eos  
annos